Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35122
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

De principijs tropor. & finibus eor. versuum:

Quoniam omne responsorium cum suo versu i diuinis officijs vnum essentialiter dicitur esse, quia vtique vnius tropi formam habet. Nam prothi responsorium & eius versus autentici retinet formationem: & plagalis cum suo versu eadem est formatio. Propterea omnis responsorij tropi autentici vel plagalis, versique ipsorum versus, id quod ad eorum perfectionem vel perfectionem, mixturam vel commixturam atque formam dicimus esse inditum. Iudicamus quod R.m primi tropi cum suo versu, & versus eius cum suo responsorio: & non seorsum, vt quod aliud sit R.m ij inditum, & aliud versus, quia sequeretur alia esse R.m ij formam & alia versus eius, quod est falsum. Vtrumque igitur & vtrumque dicitur esse inditum. quia vtrumque eadem dicitur esse forma. Constat enim. quoniam R.m i primum esse, cuius versus est primus. tunc enim R.m i primum versus ratione primi dicimus esse primum. Et ex quia R.m esse primum cuius versus affectione constat. & tunc R.m ij ratione primi versus dicimus esse primum. Hoc enim nullatenus esse possit, si alterum esset R.m ij forma & propietas & alterum versus eius. & alterum inditum vtrumque. Eadem igitur R.m & versus eius ratione iudicamus. & vnum vtrumque forma & propietas. Nam aut alterum dicimus esse partem alterius, quia totum quoddam dicitur esse quasi positum, quia R.m nominamus pro. s. R.m & versus eius. Diuidit tunc pro totum i partes duas. i primum .s. & pro. Quare ex primis partis terminatione & ex pro quinque